CHE il sig. Paolo Temelchi non ofiante il avanti mentionati ri petitivi Instrumenti d'accompra in uno capo mo de poi-
88 reduti il beni, de quali in cui sovra parte de fruti pre mi-
enti da mi dichiti fattovi intorno anco ano imporrante a uno
ta ore il domino, e proprieta di quelli, anzi di più anno
e reliano benissimo intromessi il Testamenti elamiandi, che
dero sig. Paolo Temelchi mai e stato legitimante, ed ha
potedusi nel tudecio Luogo, e Territorio di Mari il ud-
deri, o altri beni.

Tele 1. Antonio Giacomelli.

Cui ha ropa dero, che non ha mai vedero, ne cono-
89 ciuto il Paolo Temelchi, che il medesimo non ha mai por-
tedurto, ne preteso alcuna parte de fruti de beni come
sopra acquistati dal Fedice Mariano, e dal Padre del detto
Tele maggiore, ed aggiunge esser cosa sicura, che detto
Temelchi mai e stato legitimante nel Territorio di Mari poiche
per esser piccolo quel Territorio, e facendo in ell' sua residen-
za da anni venticinque a questa parte, e più convince luri
li legitimanti, e non potrebbe a meno di aver anche conoscia-
to detto Paolo Temelchi, di cui non ha mai sentito parlare
aggiungendo pure, che ello Felice Mariano in suo vivente
ha sempre estato il uno de primi, e dopo la morte di questo

192 (chi abbia pofedino, o preteso alcun fruto de beni sovra
depofti anzi ha, che detto Temelchi mai e stato legitimante nel
luogo, o Territorio di Mari per esser stato due volte Sinda-
co, e Consigliere di ella Comunita dall' anno 1746 a questa
parte, ed anche pretle negli anni 1758, e 1759. e stato
indicante alla minta generale fatali di quel Territorio, e si
ricorda

Tele 2. sig. Ignazio Marcandi.

190 Essendo sui stato attinente alla mintra generale del Territorio
di Mari seguita dal 1757. a questa parte non ha mai tenuto
nominati fia i registrati, e poluderne bene lo detto Territo-
rio il Paolo Temelchi, oltre di che nell' anno 1748, che
lui era Estatore non era certamente comperto nel quinternetto
come mepparte nell'anno 1757, in cui lui e stato nuovamen-
te Estatore.

Tele 3. Gio. Battista Foglieri.

Lui non ha mai taputo, che il Paolo Temelchi, quale non
19. conosce abbia poseduti il beni, de quali ha sopra deposto
che il Felice Mariano ne percevea il fruti, meno la, ne ha
tenuto dire, che il medesimo sia stato registrante, ed abbia
poseduti beni nel Territorio di Mari, e certamente nell' anno
1746. in cui lui e stato Estatore, non era detto Paolo Te-
melchi deferito nel quinternetto

Tele 4. Giacomo Aitola

Lui non sa, ne mai ha tenuto dire, che il Paolo Teme-
192 (chi abbia posseduto, o preteso alcun fruto de beni sovra
depofti anzi ha, che detto Temelchi mai e stato registrante nel
luogo, o Territorio di Mari per esser stato due volte Sinda-
co, e Consigliere di ella Comunita dall' anno 1746 a questa
parte, ed anche pretle negli anni 1758, e 1759. e stato
indicante alla minta generale fatali di quel Territorio, e si
ricorda

STATUTI DISPARENZA = INTRA
VALLE INTRASCA = SORISO
73

Atti fra Stefani e Sorisio

Zurb. Vol III pag 127

STATUTI DI PALLANZA - INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

98

STATUTI DI PALLANZA - INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

In nomine domini Amen

Hec sunt statuta et ordinamenta
Communitatis Pallantie Intri, et Vallintrasche
Edita Completa et ordinata ad honorem Dei, et Gloriam
Redemptoris d. N. Jesu christi b. V. m. et ss. Leonardi
Victoris, et Nicolai protectorum dicte Communitatis
et totius Curie Celestis, et S. R. E. et sacri Romani
imperii

Et ad exaltationem et statum pacificum, et tranquillum
Illmi Principis, ac magci et excelsi dni Nostri
domini Galeaz Vicecomitis mediolani ducis Pa=
=pie, Pallantie Intri et Vallintrasche Ddo=
=mini Comitis Virtutum Imperialis Vicarii Ge=
=neralis

Et ad bonum, et pacificum statum totius Communitatis
predicte, et habitantium in ea

Mediolani

Apud heredes Pacifici Pontii, et Jo. Baptam Piccaleum
M. D. C. V.

de Juram.o non dando [illegible]
Cap. 4
[illegible]

STATUTI DI PALLANZA [illegible]
VALLE INTRASCA - SORISO 73

Liber primus

Quod Pretor sit Juris Peritus, et quod debeat offerre in eclesia cap. pr.

In primis statuerunt, et ordinaverunt quod d. Pretor Pallantie Intri et Vallintrasche sit peritus in Jure et cum aplicuerit ad terram Pallantie antequam alio accedat ire debeat ad Eclesiam cum eius Notario et famulis, et ad altare eiusdem Eclesie S. Leonardi accedere, et si descenderit ad terram Intri debeat ad Eclesiam S. Victoris, et ibi teneatur offerre cum sua familia

de Juramento prestando per Pretorem
Cap. 2.

Item statuerunt, et ordinaverunt quod d. Pretor in reditu a d.a Eclesia antequam intret domum Communis Jurare debeat regere Com.es Pallantie Intri et Vallintrasche in bono, et pacifico statu, et ad honorem et pacificum statum prefati magi dd. Galeaz. Vicecomi supradicti, et quod conservabit Jura et honores dictarum Communitatum totis suis viribus, et posse, et quod reget dictas Communitates secundum statuta

et ordinationes quae fient per totam credentiam seu per duas partes d.e cre=dentiae cum confirmatione praef. d.o et quod manutenebit ac defendet Jura eccles. et quod faciet jus su=marium et expeditum Viduis, orfanis Pupilis, et miserabilibus personis ac ipsos in suis Juribus defendet, et manutenebit ac Juret, et Jurare debeat expellere omnes hereticos guzeres, paterinos, et omnes alios existentes contra fidem Catholicam ac etiam prosequi, et si in eius fortia pervenerint punire, et condem=nare secundum statuta d.e Comu=nitatis, et ubi statuta defficerent secundum Jura Communia; item Juret et Jurare debeat quod non expendet de pecunia d.e Communitatis nisi secundum Baliam sibi Concessam per d.a statuta absque Consilio credentiae seu sapientum d.e Credentiae seu Communitatis suprascriptae, hoc adito quod d. Potestas si fuerit requisitus per Commune Pallantiae teneat stare per quartam partem temporis sui regiminis in terra Pallantiae, et non ultra

STATU...
VALLE INTRASCA - SORISO
INTRA VALLE INSORISO
B

dumodo illi de Pallantia per quindecim dies ante preparent decentem, et su=ficientem habitationem, et domum pro ipso d. Pretore et familia, et eius officio quod habeat locum si d. Capi=taneus lacus maioris non staret Pallantiae sicut facit ad presens salva in omnibus supradictis, et infra=scriptis voluntate et mandato praef. mag. dd. Galeaz.

Quod Caneparius debeat dare Jur. d. Pre=tori eius Not.o et famulis Cap. 3.

Item stat. et ord. quod Canep.us Comitis praed.e teneat dare Juram.m d. Pri de obser=vando praed.a et Not.o ac famulis ipsius d. Pretoris eius expensis pro=prijs, et absq. aliqua expensa d.e Comitis

De appellatione d. Pret.is Cap. 4

Item stat. et ord. quod appellatione d. Pre=toris Contineat Rector, Vicarius locum tenens in omni parte dictorum statutorum sed d.s L.T. in Causis pecuniarijs non possit facere aliquam sententiam defi=nitivam nisi de Consilio sapientis si Causa ascendat libras duas Jurg. seu valorem librarum duarum nisi talis sententia esset sub Confessione

partium in causis autem criminalibus
non possit tamen procedere ad senten=
=tiam deffinitivam, interloquutoriam
nec ad tormenta

Quod Pretor non possit pernoctare
extra domum communis absque man=
=dato domini vel consensu credentie

Cap. 5.

Item stat. et ord. quod Pretor dicte Comitis
non possit pernoctare extra officium
communis sive eius habitationis
nisi fuerit de voluntate domini
vel cum voluntate credentie et
hoc sub pena pro qualibet vice
salarij unius diei

De Juramento Notarij Cap. 6

Item stat. et ord. quod Notarius dicte
Communitatis iurare debeat post
Juramentum delatum dicto d. Pretori quod
officium suum faciet bene et legali=
=ter et non accipiet de scripturis
quas faciet ultra id quod fuerit
ei concessum per statuta dicte Comitis
et si non fuerit limitatum per dicta sta=
=tuta tunc accipiet congruentem
et moderatam solutionem et quod
Notarius predictus teneat ponere in libro

STAT...
VALLE INTRASCA - SORISO
13

omnes denuntias et accusas crimi=
=nales que dabuntur per consules et
officiales ad hec deputatos, et hoc
absque aliqua datione pecunie

De Juramento familie Cap. 7.

Item stat. et ord. quod famuli quos se=
=cum ducet et habebit d. Pretor iu=
=rent quod officium suum facient
bona fide et quod inventiones
quas facient veras consignabunt
et quod non accipient de robarijs
quas facient nisi secundum quod
fuerit eis concessum per statuta dicte
Communitatis

De familia quam retinere debet d. Pretor
et eius salario Cap. 8.

Item stat. et ord. quod d. Pretor retinere
debeat in eius offo. Notarium unum bonum
et in arte Notarie expectum et fa=
=mulos duos continue et habere
debeat pro eius salario et dicti Notarij
et famulorum soldos quatuordecim
Jnq. pro qualibet die et ultra ha=
=beat tertiam partem bannorum civi=
=lium et tertiam partem inventionum
que et quas exiget tempore eius
officij et predicta habeant locum si
Pretor fuerit Juris Peritus si autem

non fuerit peritus in Jure non
possit tenere nisi duos famulos, et
tunc habeat tantum pro se Notario
et famulis duobus soldos decem Jnq
in die dictus autem Pretor si fuerit
peritus in Jure possit et valeat
tenere alium tertium famulum (si
sibi videbitur expedire, et fore necesse)
causa sui officij melius exercendi
et tunc habeat pro d.o tertio fa=
=mulo soldos duos Jnq pro qualibet
die

Qui fuerit Pretor Communitatis postea ante
elapsum triennium non possit esse Pretor
Cap. 9.

Item stat. et ord. quod si contingat
aliquam personam venire ad officium
Preture predar. Com.tis quod idem non
possit nec valeat eligi ad d.m offi=
=cium secundario, et sic deinceps
nisi prius vacaverit a d.o officio et
annos tres a die sui recessus ab
officio predar. Communitatis

de solutione Cancellaturar. condem=
=nationum et scripturar. Notarij d.
Pretoris Cap. X

Item stat. et ord. quod Not.s d. Pret.is Vicij
sive Rectoris non possit, nec debeat

recipere nec habere de aliqua con=
condemnatione facta per confessionem
nisi imper. sex, et de quolibet pre=
=cepto nisi imper. quatuor, et pro
quolibet ter. dato in Judicio nisi
imper. tres, et pro contestatione
litis nisi imper. sex, et de quali=
=bet contradictione seu defensio=
=ne que fuerit producta in scriptis
non possit Not.s accipere pro eius
subscriptione nisi imper. quatuor
et quod Not.s teneatur ipsa precepta
et condemnationes facere in carta
pro suprascripto pretio si fuerit
carta sibi data salvo quod Not.s
Pretoris teneatur recipere securitates
=es generales hominum d.e Com.tis
sine aliqua datione pecunie

de scripturis, et actis dandis, et exhi=
=bendis per Not.m Cap. ii.

Item stat. et ord. quod Not.s d. d. Pret.is tene=
=atur, et debeat dare per extractum, seu
in publicam formam actori et reo omnes
scripturas et acta que fecerit si ab eo
requisitum fuerit infra octo dies post=
=quam tradate fuerint ipsis requi=
=rentibus ipsis solutum Not. de eius

mercede secundum quod superius
ordinatum est sub pena soldorum vi=
=ginti et idem habeat locum in dando
extractum instrumentorum et iuris
exemplum.

de eo quod percipere debent famuli d.
Pretis pro robarijs cap. xii.

Item stat. et ord. quod famuli d. Pretis
possint et debeant habere imp. sex
pro quolibet pignore si fecerint
usq. ad tria pignora tantum inclu=
=sive et si fecerint abinde supra
usq. ad quinque pignora inclusive
habeant imper. quatuor pro quo=
=libet pignore et ultra habeant
pro quolibet miliari viae sue imp.
sex qui imper. sex pro quolibet
miliari dividant inter omnes
pignoratos si pignoraverint ab
una persona supra. ita quod
non possint percipere nisi semel
omnibus computatis solutionem de
dicto miliari sub pena soldorum
decem usq. pro quolibet famulo
contrafaciente et qualibet vice
etiam predicta omnia habeant locum
et observari debeant per famulos

VALLE INTRASCA - SORESO

d. Capitanei sub pena predicta et per
cedentiam d. Comitis pro gubernando
pignora quae fient per d.os famulos
elligant quolibet anno duo Cane=
=parij videlicet unus in Passantia
et alter in Intra qui habeant
pro eorum mercede gubernandi ipsa
pignora imper. duos pro quolibet
pignore et solvant famulis se=
=cundum continentiam d. statuti
quando eis consignaverint pignora
qui Canepari teneant ad restitu=
=tionem dictorum pignorum seu vali=
=mentum eorum usq. ad annum unum
a die consignationis eis factae de
d.is pignoribus et non ultra et ne
oriatur controversia per quot milia=
=ria distent loca et villae comitatis
a Burgis Passantiae Intri habeant
et intelligant distare prout infra

de deganea S.ti Mauritij cap. 13

Comune et Villa de Ghilfa distat a
Burgo Intri per miliaria duo
Comune et Villa de Agonte distat
per miliaria quatuor
Comune et Villa de Barberio per
miliaria quinque

Comune et Villa de Carzago p
miliaria unum
Comune et Villa de Traino p mi=
=liaria unum
Comune et Villa de Curte p mi=
=liaria unum
Comune et Villa de Roncho p mi=
=liaria unum
Comune et Villa de decio p mi=
=liaria duo
Comune et Villa de Fonalio
p miliaria tria
Comune et Villa de Travalino
p miliaria quatuor
Comune et Villa de Cadesino
p miliaria quatuor
Comune et Villa de Biganzolo
p miliaria unum
Comune et Villa de Carogino p
miliaria duo
Comune et Villa de Bozella p
miliaria unum
Comune et Villa de Selascha
p miliaria unum
Comune et Villa de Susello p
miliaria unum
Comune et Villa de Ceredo p

VALLE INTRASCA - SORESA

miliare unum
Comune et Villa del fasso p miliare unum
Coē et Villa de Silva p miliare unum
Coē et Villa de Carogino p miliaria tria
Coē et Villa de Putheo p miliare unum
Coē et Villa de Anha p miliare unum
De deganea S. Martini Cap. 14
Coē et Villa de exio distat a Burgo
Intri p miliaria quatuor
Coē et Villa de Permeno p miliaria
tria
Coē et Villa de Albagnano p milia=
=ria duo
Coē et Villa de Roncario p miliaria
unum et dimidium
Coē et Villa de Vignono p miliare
unum
Coē et Villa de Be p miliare unum
et dimidium
Coē et Villa de Arizano p miliare
unum
Coē et Villa de Cissano p miliare
unum
Coē et Villa de Aurano p miliaria
quinque
Coē et Villa de Carpiano p miliare
unum
Coē et Villa de Campasca p mili=
=are dimidium
Coē et Villa de Coro p miliare unum

Coē et Villa de Torgiedo p miliare unum

De deganea S. Petri Cap. 15.

Coē et Villa de Torbaxio à Burgo Intri p miliare unum

Coē et Villa de Cambiascha p mi=liaria duo

Coē et Villa de Vngio p miliaria duo

Coē et Villa de Ramello p milia=ria tria

Coē et Villa de Cauretio p milia=ria quatuor

Coē et Villa de Intrania p miliaria quinque

Coē et Villa de Missina p milia=ria quatuor

Coē et Villa de Comerio p milia=ria duo

Coē et Villa de Suma à Burgo Intri p miliare unum

Coē et Villa de Cauandono p mili=aria duo

Coē et Villa de Bieno p miliaria duo

Coē et Villa de Santino p miliaria duo

Coē et Villa de Rouegro p milia=ria tria

Coē et Villa de Cusoneo p miliaria tria

Coē et Villa de Vngiasca p milia=ria tria

De officio famulorum d. Pretoris Cap. 17.

Item Stat. et ord. quod famuli d. Pre=toris teneant et debeant sub debito Juram.o inquirere taber=narios male mensurantes et non habentes mensuras iustas nec adequatas, ac inquirere de=beant becarios vendentes car=nes ad iniustam stateram nec ade=quatam et malē et iniustē pon=derantes carnes et mensuras mulinariorum d.e Coitis que men=sure appellant Cazoli, et quod d.i molinarij teneant d.as mensuras facere adequare omni anno bis et satisdare de exercendo eorum offi=cium bene et legaliter secundum formam statutorum d.e Coitis sub pena contenta in d.is statutis et in=ventiones quas fecerint sub debito Juramento teneant de=nuntiare d. Pretori ea die ... quenti

quod statutum similiter inteligat.
de illis qui vendunt pisces, caseum
lannam, oleum, ceram, et omnes alias
res quae vendunt pondere, seu men=
=sura

de officio servitorum et eorum mercede
Cap. 18

Item stat. et ord. et praeviderunt
quod quilibet serv. d. Comitis tene=
=at. et debeat facere omnia praecepta
sibi imposita per Praetorem, seu Recto=
=rem cuilibet personae et facere
relationes ipsorum ab una die sa=
=bathi usq. ad aliam diem sabathi
proximè sequentem aliter relatio
non valeat, et hoc sub poena
ipsi servitori soldorum quinque pro
qualibet vice qua pro eos fuerit
contrafactum, et quod servitor
pro eius mercede habeat pro
quolibet praecepto cum relatione
si fuerit in Burgo Pallantiae vel in
Burgo Intri imper. duos pro prae=
=cepto et imper. duos pro relatione
et si fuerit in alijs terris Vallin=
=traschae habeat pro quolibet uni=
=liari imper. duos et pro qualibet
relatione imper. duos

salvo quod si servitor fuerit in terra
ubi habitaverit seu fuerit ille cui
debet facere praeceptum quod non
habeat nisi prout dictum est in Pa=
=llantia vel in Intro. de alijs vero
citationibus quae fient per servitores
ad petitionem alicuius ut veniant
ad bancum Iuris si citatio fuerit
facta in Pallantia habeat d. serv.
pro qualibet citatione imper. unum
si fuerit in Intro habeat imper.
unum si fuerit in alijs terris
Vallintraschae habeat imper. tres
pro quolibet uniliari, et ex illo
pretio servitor teneat facere
relationem et si contrafactum fu=
=erit solvant ipsi serv.res soldos
quinque imper. pro quolibet et
qualibet vice et quolibet actu
de servitoribus eligendis Cap. 19
Item stat. et ord. quod eligi debeant
servitores sex in tota Communitate
videlicet unus in Burgo Pallantiae
unus in Burgo Intri, unus in de=
=ganea Sti Petri, unus in dega=
=nea Sti Martini unus in dega=
=nea Sti Mauritij et unus . . . .

..... qui seruitores portent
unum Caputium Rubeum cum insignia
prefi. dd. Galeaz. & sub pena duorum
soldorum pro qualibet vice

De sindicatu d. Pretoris, et eius fami=
=lie Cap. 20

It. statuer. et ordin. quod quelibet
persona volens petere et conqueri
de d. Pretore, et eius familia post
exitum sui regiminis teneat. infra
octo dies a die proclamationis
facte per seruitorem dei Comitis dare
eius petitiones sijndicatori et
socijs, et das petitiones probasse
infra octo dies, et preteritis octo
diebus debeant di. sijndicatores fa=
=cere absolutionem, vel condem=
=nationem secundum quod fuerint
probate dei petitiones, et quod fac=
=tis dis condemnationibus vel abso=
=lutionibus d.s Pretor possit dece=
=dere si fuerit condemnatus ipso
satisdante de soluendo id in quo
fuerit condemnatus, et quod Pre=
=tor, seu rector teneat. pro famu=
=lia sua realiter de restituendo
et soluendo omnibus personis, et

9

et Comitati omne id quod dare, et
facere deberent quaqq. ocasione
et in quo condemnati essent per
sijndicatorem

De eod. Cap. 21.

It. stat. et ord. quod duo elligant.
qui sint cum sindicatore mag. do=
=mini quorum unus sit de Pallan=
=tia alter de Jutro, et recipiant
querelas que porrigent. contra
Pretorem, et eius familiam

De Consiliarijs, et Credentiarijs ge=
=neraliter elligendis cap. 22

It. stat. et ord. quod elligi debeant
sedecim homines qui sint Genera=
=les credentiarij et Consiliarij vi=
=delicet de Pallantia quatuor de
Jutro quatuor et de Vallintrascha
octo qui habeant plenam potesta=
=tem, et Baliam prouidendi, refor=
=mandi, et ordinandi sicut habet
tota Communitas, et quidquid factum
ordinatum, et prouisum per d.os creden=
=tiarios, seu per duas partes dictorum
sedecim credentiariorum, et sapientum
valeat et teneat et habeat Ro=
=boris firmitatem, et qui sedecim

durare debeant in offo. per medium
annum, et qui fuerit uno medio anno
non possit esse alio medio anno
proxe. seqti. et qui elligentur per quin=
=decim dies ante Calendas mensis
Januarij, et ante Calendas mensis
Julij. qui Consiliarij iurent quod
consulent bona fide super eis quae
sibi proponentur, et quae credent esse
utilitatis dae Communitati. qui Con=
=siliarij habere debeant pro sin=
=gulis sex mensibus a Carcepario
dae Communitatis solidos viginti
Imper. pro quolibet pro eorum
mercede. Saluo quod di. Consilia=
=rij non possint aliquid provide=
=re, vel statuere quod cederet
contra honorem vel statum supradi.
mag. dd. Nostri vel filiorum vel in
aliquam diminutionem honoris vel sta=
=tus sui

de elligendo Procuratores, et deffen=
=sores miserabilium personarum cap. 23

Item stat. et ord. quod Praetor teneatur
elligi facere per credentiarios sin=
=gulo anno quando elliguntur
credentiarij tres Procuratores su=

=ficientes unum de Pallantia, unum
de Intro et alium de Vallintrascha
qui debeant procurare et inter=
=venire pro pupillis, orfanis
viduis et alijs personis miserabi=
=libus et pauperibus sine aliquo
praemio, quoties aliquis eorum
fuerit requisitus et habeant pro
quolibet eorum libras duas Imper.
pro quolibet anno

de posta scribenda antequam propo=
=natur. cap. 24

Item stat. et ord. ac praeviderunt quod
Not. dae Comtis teneatur et debeat
in scriptis ponere postam antequam
proponatur per d. Praetorem et ipsam legere
vulgariter ad intelligentiam au=
=dientium, et quidquid consultum fue=
=rit in scriptis redigere, et nomi=
=na consulentium et facto partito
per d. Praetorem, et quidquid obtentum fue=
=rit in scriptis reducere, et legere
quidquid obtentum, et provisum fue=
=rit, antequam sapientes, et Consilium
recedant de Consilio, seu credentia

de modo et forma Consulendi Cap. 25

Item stat. et ord. quod post lectam postam d. Pretor surgat et proponat d.am postam in consilio, et Consilium requirat super d.a posta, et ille seu illi qui consulent super d.a posta surgant et in pedibus stent ad consulendum et post consilium datum per sapientem pretor faciat partitum de surgendo et sedendo, et quidquid fuerit obtentum per maiorem partem debeat obtinere, et quod nullus consulere debeat ultra postam sub pena soldorum quinque imp.

de faciendo partitum ad Bussulas et ballotas pro expensis cap. 26

Item stat. et ord. quod si contingat poni in consilio per d. Pretorem de dando de ere d.e Comitis quod partitum fieri debeat ad Bussolas et Balotas, aut ad Capellas, et vel Beretas, et lapides, et ponentes in Bussola ponant ambas manus super Bussolis, et non possint dare de ere d.e Comitis nisi fuerit obtentum per duas partes d.ae sapientum

d.e Comitis, et si expenderet aliter vel ultra quam supra dispositum est quod Canepariis, et omnes qui consenserint dis expensis teneant solvere de suo proprio, et si Pretor consenserit condemnet in libris decem imper. et ultra arbitrio sindicatoris tempore sindicatus

de veniendo ad Consilium Cap. 27.

Item previder. et ordin. quod illi qui electi fuerint pro Consiliariis de Consilio debeant venire ad Consilium quoties fuerit eis preceptum ad tempus, et horam d. precepti per servitores, seu servitores sub debito Juramento sub pena soldorum quinque imper. pro qualibet vice nisi causa iusta, et necessaria impediret de qua stari debeat eorum Juramento

de ere d.e Comitis non expendendo per Pretorem Cap. 28

Item stat. et ord. quod Pretor d.e Comitis non possit expendere de ere d.e Comitis absq. consensu ad minus trium sapientum, et eo casu non possit expen-

=dere ultra libras duas Juper. et
ultra expendere non possit absq.
licencia credentie vel maioris
partis prontra declaratum est, et
si expendiderit quod tempore sui
sindicatus teneat. ad restitutionem
eius quod expendiderit in duplo
de Balia d. Pretoris expendendi
de ere d. Communitis Cap. 29
Item stat. et ord. quod d. Pretor habeat
Baliam expendendi de ere dicte
Communitatis Pallantie Intri et
Vallintrasche usq. ad quantitatem
librarum vigintiquinq. Juper. pro
Capiendo banitos de Homicidio
furto Robaria, incendio seu de
alio maleficio ex quo si capti
essent di. malefactores perderent
vitam sive membrum, Hoc adito
quod Pretor teneat. ostendere
qualiter et quomodo expendidit
salvo quod si expendidisset in
dando alicui secrete Personae quam
non esset Conveniens nomina=
=re aut promisisset non nomi=
=nare tunc et eo casu credat.

Juramento di d. Pretoris et quod
nullae expensae fieri debeant de
ere d. Comitis pro emendo aliqua
utensilia pro fornimento coqui=
=nae d. Pretoris, nec pro aliis uten=
=silibus neq. lectis ipsius d. Pre=
=toris et familie et fornimentis
ipsorum lectorum nisi cum delibera=
=tione et examinatione trium
Consiliariorum quorum unus sit de
Pallantia alter de Intro, et alter
de Vallintrascha et Canepariis
totius Comitis qui teneant. eodem
die facere scribi talia utensilia
et fornimenta in uno libro scri=
=bendo pondus lectorum et qualitatem
omnium predictorum ad hoc ut tempore
sindicatus di d. Pretoris possint apa=
=rere, et reddi ratio debita

de Canepario Generali eligendo Cap. 30
Item stat. et ord. quod d. Pretor una cum
Consiliariis et credentiariis tene=
=ant. et debeant elligere singu=
=lis tribus mensibus unam personam
bonam et sufficientem que recipiat
et recipere debeat pecuniam d.
Communitatis et que det securit

de faciendo ratione Comunitati de eo
quod receperit et Juret de faciendo
bene et legaliter officium suae Cane=
=uariae, et qui Caneparius habeat
et habere debeat pro salario
libras tres Imper. et qui Caneparius
teneat. deferre Juramentum d.
Pretori absq. datione pecuniae
ut in alio statuto Continet. Nec
possit officium d. Canepariij durare
ultra tres menses nisi processerit
de voluntate Consilij Generalis
et d. Pretoris. Nec possent quis
esse Caneparius nisi sciat bene
scribere et ordinare facta et rationes Comu=
=nitatis

De Inventario fiendo de bonis et
rebus existentibus in domo d. Pretoris
Cap. 31

Item stat. et ord. quod Caneparius
d. Coitis teneat. et debeat facere
inventarium de Utensilijs, et fomi=
=mentis existentibus sive datis et
quae dabunt. sive ponent. de die
in diem in domo d. Pretoris sive ad
eius, sive familiae usum et in re=
=cessu d. d. Pretoris d. res facere

sibi Consignare, et si propter suam
culpam, seu negligentiam aliquae res
fuerint perditae teneat. restitue=
=re d. Coitati duplicatas; et quod
Pretor teneat. res sibi consigna=
=tas d. Canepario restituere no=
=mine d. Coitatis, et de praedis
teneat. facere duos libros quorum
alter sit de membranis, et stet
ac remaneat penes d. Canepa=
=rium, qui Caneparius si muta=
=bit. ante finem officij d. Pretoris
teneat. ipsum librum, et praedia omnia
utensilia et fomimenta desi=
=gnare, et consignare sequenti
Canepario, et sic deinceps, et Ca=
=neparius qui erit tempore finis
officij, et sindicatus d. d. Pretoris
teneat. examinare praedia, et si
quid deficiet id recuperare sub
pena praedia si erit negligens ultra

De aere non expendendo per Canepa=
=rium Cap. 32

Item stat. et ord. quod Caneparius
d. Coitis non possit expendere

de ere d.e Coitis absq. licencia d. Pretoris
et sapientum, ac Procuratorum d.e Coitis
ut s.a limitatum est si aliter expen=
=deret, soluat de suo proprio

De eod. Cap. 33

Item stat. et ord. quod Canepariis
d.e Coitis teneat. soluere cuilibet
habere debenti a d.a Comunitate
postquam fuerit descriptum in libr.
expens. si habuerit de danarijs
d.e Coitis sub pena ad Arbitrium
d. Pretoris. Item teneat. facere
scribi sibi, et exemplari in d.o libro
de membranis omnes bulettas
solutionum tam salarij pref. mag.
dd. Nostri Galeaz. Vicecomitis Todra
et Novaria, quam aliarum solu=
=tionum que fient nomine
Comunitis infra quinque dies
postquam fuerint presentate
d.e Bulete sub pena soldorum vi=
=ginti Imper. pro qualibet vice
de non Cancellando condemnatio=
=nes absque Canepario pred.o Cap. 34
Item stat. et ord. quod Pretor sive rector

eius Not.s non possit nec debeat
facere Cancellare aliquam Con=
=demnationem nec bannum absq.
presentia d.i Canepariij sub pena
librarum decem imper. si fuerit cul=
=pabilis, aut Conscius de hoc d.o
Pretori, et sol. centum imper. d.o
Not.o et ulterius Cancella non
valeat

De fodris condemnationibus
et bannis non accipiendis
nisi per Caneparium Cap. 35

Item stat. et ord. quod Pretor Not.s
nec aliquis de familia d. Pre=
=toris non audeat nec presumat
recipere solutiones de condemna=
=tionib. bannis, fodris, nec depo=
=sita, nec aliquam pecuniam spec=
=tantem d.e Coitati sed recipiat
per Caneparium sub pena restitu=
=tionis dupli

De sapientibus ~~dandis~~ simul con=
=veniendis pro ratione Cane=
=parij Cap. 36

Item stat. et ord. quod octo sapientes
sive Consiliarij vel credentia=

=rij de Coitis qui sint de Creden=
=tia generali subdebito Jura=
=mento teneant, et debeant
singulis tribus mensibus esse
insimul in domo Pretoris ad
uidendum, et examinandum
rationes Communitatis, et ad
inquirendum omnes dare de=
=bentes de Coitati et tene=
=ant habere, et exami=
=nare condemnationes, et
banna cum libro recepti et
introitus, et uidere si Can=
=cellationes dar. condemna=
=tionum, et bannorum sint Con=
=cordes cum libro recepti et
teneat. d. Pretor d.os sapien=
=tes constringere ad facien=
=das d.as rationes

de Taleis non imponendis nec
exigendis cap. 37

Item stat. et ord. quod aliquis consul
alicuius Burgi, nec alicuius terrae
uel Comunis non possit imponere

nec exigere aliquod fodrum nec
aliquam Taleam, nec impositionem
nisi primo d.a talea uel fodrum
fuerit imposita uel impositum per
credentiam uel per sedecim sapientes
de Coitis, nec Canep. exigere possit
sub pena sol. centum uilibet Consu=
=li et totidem Canepario

de Taleis exigendis per Consules Cane=
=parium et Procuratorem de Coitis
Cap. 38.

Item stat. et ord. quod omnes Consules
Caneparij et Procuratores de Co=
=munitatis teneant exigere
omnes taleas impositas tempore
eorum officij uel saltem infra mensem
post terminum eorum officij, et quod
ultra ipsum tempus non possit
molestari aliquis ocasione ipsarum
talearum per d.os Consules uel Canepa=
=rium

de coadequatione facultatum Cap. 39

Item stat. et ord. quod d. Pretor tene=
=at et debeat proponere infra
quindecim dies post introitum

sui regiminis de facultatibus
coadequandis, et si fuerit ordinatum
in credentia de d.is facultatibus
coadequandis teneat. Constringere
credentiam ad elligendum coade=
=quatores, et exequutioni man=
=dare ea quae ordinabuntur
sub pena vigintiquinque li=
=brarum de salario d.i Pretoris
detinendarum et presens statutum
intelligat. cum limitatione sta=
=tuti positi sub rubrica a qui=
=bus et pro quibus bonis onera
subeant.

A quibus, et pro quibus bonis one=
=ra subeant. cap. 40

Item stat. et ord. quod quelibet
persona cuiuslibet Burgi
Villae et loci d.ae Communitatis
teneat. et debeat solvere
pro fodris, et talejs in Burgo
Villa et loco ubi habitat pro
maiori parte anni cum sua
familia ocasione omnium
suorum bonorum quae etiam habent

in alio Burgo Villa, et loco
pro bonis autem quae aquiret
teneat. solvere ubi solvebat
illa persona a qua aquisivit
quacunque causa aquisiverit
sive lucrativa, sive onerosa
donec ibi mutatum fuerit exti=
=mum in quo extimo non de=
=beant extimari talia bona
sed potius ille qui aquisivit
teneat. facere extimare ta=
=lia bona in Burgo Villa
sive loco suae habitationis, et
laris ubi habitat pro maiori
parte anni idem teneat. de
Burgensibus extrinsecis quorum
bona aquirunt. ab aliis ex=
=tima autem totius Comitatis
quibuslibet duobus annis in
festo S. Martini debeant reno=
=vari et d. Pretor teneat. hoc
fieri facere sub pena librarum
[illegible]s et quilibet Burgus Villa
vel locus teneat. ad fodra, et

et taleas pro rata eius summe in
qua extimabitur. quicunque
autem vendiderit aliquam rem imo=
=bilem non sustinenti onera
cum predicta Civitate vel non subdito
dicte Communitati teneatur in fu=
=turum pro tali re imobili ven=
=dita ut supra ad quelibet onera
dicte Civitatis ac si eam non ven=
=didisset, et hec omnia exten=
=dantur ad predicta si talis vendi=
=tor post venditionem tenuerit
talem rem ad fictum sive alio mo=
=do, vel aliud apparuerit propter
quod presumatur talem alienatio=
=nem factam in fraudem talearum
et onerum dicte Civitatis, et talis res
vendita predictis personis vel in
fraudem utrorumque cum eius fructibus
et reditibus sit, et habeatur
pro petro obligata ad ipsas taleas
et onera, ac si vendita non
esset, et nisi pro tali re sol=
=vantur dicte talee, et onera

nullus audeat ipsam laborare
sub pena librarum trium imper.
pro qualibet Vice, et d. Pretor
teneatur in predictis omnibus re=
=dere rationem cuilibet suma=
=rie, et expedite sola veritate
inspecta

Quod Consules non possint obligare
homines sui Consulatus Cap. 41.
Item stat. et ord. quod aliquis Consul
nec consules alicuius Burgi
seu terre vel Ville nec alicuius
squadre dicte Jurisdictionis non possit
obligare homines sue terre
nec burgi nec squadre nisi
habeat plenam Baliam ab ho=
=minibus sue terre vel burgi
vel squadre vel saltem a duabus
partibus de suo Consulatu, hoc
idem inteligatur de Canepariis, et
in qualibet singulari persona
vel personis et predicta non vindi=
=cent sibi locum in predictis omnibus
si constiterit legitime predictas

Consules, seu Caneparium pecu=
=niam pro qua obligationem, seu
promissionem fecerit in premi=
=ssis super Casibus esse, et fuisse
versam in utilitatem alicuius
burgi, Villae, vel squadrae, quo
non apparente tunc et eo
casu praedi. Consules, Canepa=
=rius, seu alius qui libet ex=
=promissor teneat. soli illi
personae, Communi Collegio, seu
universitati, quibus da. obliga=
=tionem, seu promissionem fece=
=rit quovismodo, seu causa
Quod Praetor teneat. legi facere
sequens statutum Cap. 42
Item. Stat. et ord. quod Praetor te=
=neat. legi facere sequens
statutum semel in mense in
qualibet credentia donec
inventus fuerit unus magister
gramatices sub poena eidem Prae=
=tori librarum quinque
Imp.

VALLE INTRASCA

de magistro Gramatices Cap. 43
Item. Stat. et ord. quod dd. Praetores
qui pro tempora fuerint ad regi=
=men Pallantiae Intri et Vallin=
=traschae teneant. et debeant
cum effectu quod in da. Civitate
sit unus bonus sufficiens et apro=
=batus in gramaticalibus qui
instruat pueros qui eunt in
da. Communitate et habeat dictus
magister pro eius salario libras
quinque Imper. singulo mense
et sufficientem domum pro scolari=
=bus et familia sua expensis da.
Civitatis et possit ad plus recipere
a scolaribus Vz. ab Intrantibus
solidos triginta duos Imper. et a non
intrantibus solidos viginti quatuor
nisi di. scolares vellent plus ofere
vel solvere, et omnes scolares
forenses sint di. magistri cum quibus
possit convenire pro suo velle.
qui magister nihil aliud possit pe=
=tere, nec habeat a da. Communitate
et quiqq. scolaris iverit ad scolas

d. magistri p. decem dies teneat. sol=
=uere pro toto anno nisi causa
mortis superueniret d. scolari
aut aliud impedimentum necessa=
=rium aprobandum arbitrio d. Prae=
=toris et Praetor teneat. exigere
salarium d. magistri saltem quando
exigit suum

De extimatoribus eligendis cap. 44
Item stat. et ord. quod d. Praetor te=
=neat. sub poena solidorum centum
imper. pro qualibet vice pro=
=ponere in consilio quando ea
consialiarij eligunt. de eligen=
=do et eleuando nouos estima=
=tores qui debeant estimare
res mobiles uel imobiles debi=
=torum pro datione in solutum
creditoribus secundum formam
statutorum super hoc loquentium
et eorum officium duret et dura=
=re habeat unum annum ita
quod duo estimatores Burgi si=
=ue deganeae possint et debeant
estimare in suo Burgo uel in

STATUTI DI PALLANZA INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

sua deganea; hoc idem intelligat
in omni damno dato siue damno
sit datum a personis siue a quadru=
=pede. qui extimatores non poss=
=int recipere pro eorum labore
nisi imper. sex pro quolibet
si extimatio fuerit usque ad li=
=bras decem et abinde infra non
possint recipere nisi imper.
quatuor pro libra et pro quo=
=libet eorum et abinde supra
usq. ad libras centum imper. duas
et abinde supra usq. ad libras
ducentum imper. unum, et abinde
supra non possint accipere
nisi solidos uiginti quinque imp.
pro toto suo labore

De adequatoribus elligendis cap. 45
Item stat. et ord. quod d. Praetor teneat
et debeat sub poena solidorum
centum imper. elligi facere duos
adequatores Vidt. duos in Burgo
Pallantiae et duos in Burgo Intri
qui adequatores debeant ade=
=quare singulis sex mensib.

semel adminus stateras, Bilances
sestarios, eminas et bucellas passus
ad mensurandum pannum, et aes
alias mensuras, et pensas ad quas
uendit. et emit.

de statutis reducendis in Cartis
membranis Cap. 46

It. stat. et ord. quod Pretor te=
=neat. redigi facere in Cartis
membranis statuta d. Comu=
=nitatis infra tres menses a die
Confirmationis ipsorum sub pe=
=na librarum decem imper. ipsi
Pretori, et hoc fiat ex pensis
d. Comunitatis

de statutis non obseruandis
Cap. 47

It. stat. et ord. quod Pretor non
teneat. ad obseruationem aliquo=
=rum statutorum nisi d. statuta
sint comprehensa in presenti
uolumine saluo quod prouisiones
=siones que fierent et credentiam
cum licentia pref. d. teneat.
obseruare, It. quod statuta

STATUTI DI PALLANZA INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

presentis uoluminis sint perpe=
=tua, et perpetuo durent, et du=
=rare intelligant. donec conti=
=gerit innouari aliquid circa
ipsa

De eod. Cap. 48

It. stat. quod homines pref. Coitatis
=tum non teneant. ad obserua=
=tionem statutorum aliquorum
aliorum, nisi ad obseruationem
statutorum descriptorum in presen=
=ti uolumine, que omnia et
singula statuta que non sint
posita in presenti uolumine
decreuerunt fore nullius ua=
=loris, seu momenti saluo
quod Burgi deganee, seu Co=
=munia d. Coitatis possint ser=
=uare sua statuta et ordina=
=menta specialia, dumodo sint
aprobata, et dumodo non sint
contraria statutis positis in
presenti uolumine

de salario euntium in Amba=
=sciatam Cap. 49

Item stat. et ordinaver. quod si contin=
=gat aliquem d.e Comitatis ire in
aliquam Ambasiatam expensis d.e
Comitatis quod habeat si iverit
cum uno equo vel equa in die
sol. 16 imper. et si iverit pedes=
=ter sol. octo et si iverit nau=
=ster habeat sol. octo et ex=
=pensas Navis, et Nautar. et qui
Ambasiatores teneant. facere
se scribi in libro Comitatis, et diem
et horam qua recedunt a Burgo
Pallantie vel Intri, et ea die
qua aplicuerint et reversi fue=
=rint a d.a Ambasiata, simili=
=ter et faciant scribi in d.o libro
et tunc teneant. Jurare in ma=
=nibus d.i Pretoris quod steterunt
in d.a Ambasiata solummodo pro
Negotijs d.e Comitatis, et quod non
in minori tempore excusare
potuerunt

de eod. Cap. 50

Item si contingat Comitatem Pallantie
vel Intri debere mittere aliquem

STATUTI DI PALLANZA - INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

Ambasiatorem ad mag. dd. Nostrum
quod Pretor qui est, et pro tempore
erit teneat. Vinculo Juramenti
et sub pena lib. 10 imper. de suo
salario poni facere in Credentia
Generali ad incantum si quis
voluerit ire in d.a Ambasiata
pro minori pretio et facere me=
=liorem conditionem d.e Comitati quod
ille elligat. ad eundum in d.a
Ambasiata, seu pro quovis alio
servitio Communis, et quod pred.a
locum habeant inter personas
idoniores d.e Comitatis inter quas
procedat incantus inter alias
non

De Ambasiatoribus non mitendis
nisi de Voluntate credentie

Cap. 51

Item stat. et ord. quod Pretor non
possit proponere in credentia
Generali de mitendo in aliquam
Ambasiatam nisi primo fuerit
provisum per sapientes d.e Comitatis
et facta provisione de mitendo
inter d.os sapientes d.s Pretor de=
=beat proponere in d.a Credentia

et exprimere causam quare et ubi
et facere partitum in d. credentia
et si placuerit maiori parti
tunc ire possit

de statutis venientibus contra
libertatem Ecclesie non obser=
=vandis cap. 52

Item stat. et ord. quod d. Pretor non
teneat. ad observationem ali=
=cuius statuti quantumque
reperiat. in presenti volu=
=mine quod esset vel veniret
contra libertatem Ecclesie

De festivitatib. celebrandis cap. 53

Item stat. et ordin. quod Pretor
teneat. et debeat proclamari
facere semel in mense ad mi=
=nus quod non sit aliqua persona
que audeat laborare vel labo=
=rari facere in festivitatib.
B. M. Virginis et SS. Apostolorum
et Beati Jo: Baptiste et in aliis
festivitatibus preceptis per S. Matrem
Ecclesiam, nec in diebus sabathi
post vesperarum pulsationem, nec
in festivitatibus sequentibus

STATUTI DI PALLANZA INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

d.s Vigilias et hoc sub pena sol.
quinque pro qualibet persona
contrafaciente, et qualibet vice
et idem intelligat. in festivitatibus
suorum Burgorum et suorum locorum
et in festo Beati Victoris per totam
plebem sed dicta festa teneant.
celebrare in quibus festis judi=
=tia intelligant. esse interdict
et credat. cuilibet de familia
d. Pretoris invenienti aliquem
contrafacere

De Feriis inducendis cap. 54

Item stat. et ord. quod Pretor seu
Rector d.e Comitatis non debeat
ascendere bancum Juris pro
redendo Justitiam in causis civi=
=libus a die 15 mensis Ju=
=nij usq. ad diem 15 mensis
Julij sequentis, et a calendis
septembris usque ad calend=
=as octobris nisi fuerit de vo=
=luntate Ambarum partium
et quod in ipsis temporibus
non debeat dare aliquod

bannum Civile, citato ad d.m ban=
=cum de qua temporis interdictio=
=ne non possit Pretor nec debe=
=at petere, nec possit recipe=
=re aliquid a d.a Civitate et si
contrafecerit puniat. qualibet
vice in libris viginti quinque
super. pro suo salario, et per
interdicta causarum a die festi
Beati Thome Apostoli mensis
decembris usque ad diem deci=
=mam quintam mensis Januarij
prox. sequentis, hoc idem in=
=teligat. a die Ramis palma=
=rum usque ad octavam Pascatis
Resurrectionis domini prox.
sequtis, et etiam in festo beatorum
Leonardi et Theodori in Burgo
Pallantie et in festo S. Victoris
in Burgo Intri. salvo quod pre=
=dicta, que loquunt. de Ferijs
messium et Vindemiarum locum
non habeant in causis crimi=
=nalibus, nec in saximentis
fiendis, nec in alijs casibus

STATUTI DI PALLANZA INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

in quibus a Jure Communi per=
=mittit. a Jure procedi tempore
feriarum, messium, et Vindemiarum

De Vindemijs cap. 55

Item stat. et ord. quod Pretor te=
=neat. congregare credentiam
Pallantie et se, et credentiam
Intri et Vallintrasche et se
in Calendis septembris, et
ordinare tempus vindemia=
=rum et imponere penam
contrafacienti

De pulsatione Campane Palle
et Intri cap. 56

Item stat. et ord. quod Pretor te=
=neat. de sero pulsari facere
Campanam in Burgis Pallantie
et Intri et d.am Campanam bis
pulsari faciat cum aliquo in=
=tervallo temporis inter unam
pulsationem et alteram, et quod
post d.as pulsationes tabernarij
non vendant vinum nec ta=
=bernas teneant apertas sub
pena contenta in statutis d.e

Coitatis, et quilibet repertus con=
=tra facere per aliquem de familia
d. Pretoris puniat.

De inquirendo tabernas post so=
=num Campane Cap. 57.

It. Stat. et ord. quod d. Pretor te=
=neat. et debeat sub penis
sol. centum imper. pro qualibet
vice singulo die post sonum
Campane inquiri facere ta=
=bernas vendentes vinum, et
tenentes tabernas apertas
post sonum Campane et permi=
=tentes ludos in eorum taber=
=nis, et si aliquos invene=
=rit punire, et condemna=
=re debeat secundum formam
statutorum d. Coitatis

De bonis bannitti sive condem=
=nati exigendis, et eorum fi=
=deiussoribus. cap. 58

It. Stat. et ord. quod d. Pretor
teneat. et debeat exigere
omnia banna, et singula que
banniri, seu condemnari

STATUTI DI PALLANZA - INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

vel eorum fideiussores dare debent
Coitati Pallae, Intri, et Vallintras=
=che, et ipsos cogere omnibus
Juris remedijs ad dandum, et
solvendum omne id totum quod
dare debent d. Coitati; sub
pena eidem Pretori libr. 25
imper. si fuerit negligens
in predis, et hoc locum habeat
si ipsi debitores vel fideiu=
=ssores sint habiles ad solve=
=ndum, et conveniendum

De exigendis fodris, bannis, et con=
=demnationibus cap. 59

It. Stat. et ord. quod d. Pretor tene=
=at. exigere omnia banna, fodra
et condemnationes quas fece=
=rit et imposuerit vel factas
reperuerit per eius Precessores quas
si non exegerit propter suam
culpam, vel negligentiam compu=
=tent. in eius salario tempore
sui sindicatus, et propter hoc
Caneparius d. Coitatis retineat
eidem Pretori pagam duorum ulti=

=morum mensium sui officij sub pena
eidem Canepario libraz. viginti qui=
=nque imper. et pred.a habeant
locum si ipsi qui debent solvere
sint habiles ad solvendum et con=
=veniendum

de Capiendo et detinendo debitores
Comitatis cap. 60

Item stat. et ord. quod d. Pretor qui
pro temporibus fuerit teneatur
et debeat capere, et in Cave=
=ribus includere omnes de=
=bitores d.e Comitatis pro fodris
bannis et condemnationibus
seu alijs ocasionibus, et ipsos
sic captos detinere donec so=
=luerint omne et totum id
quod debent d.e Communitati

de non proponendo in Consi=
=lio de remitendo condem=
=nationes seu banna, nec
eximendo aliquem de banno
cap. 61

Item stat. et ordinavit quod d.
Pretor qui pro temporibus

STATUTI DI PALLANZA INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

fuerit sub debito Juramento
et sub pena librarum viginti quin=
=que imper. non debeat propo=
=nere in Consilio de remi=
=tendo Bannum seu condem=
=nationem allegaverit si=
=ve proposuerit de exi=
=mendo aliquem de ba=
=no seu condemnatio=
=ne quod condemnetur
in libris decem imper. sol=
=vendis absque compensa=
=tione aliqua et non
habeat officium usque
ad annos duos et idem ha=
=beat locum in hijs qui non
essent de Consilio

de Bannitis pro maleficio redu=
=cendis in scriptis cap. 62

Item stat. et ord. quod d. Pretor teneatur
et debeat sub debito Juram.to et sub
pena lib. 25 imper. in scriptis
redigere omnes bannitos et conde=
=mnatos de malefo. ex quo pe=
=na corporalis ingeratur et ipsos
legi facere semper quando legit
ordines in publico Arengo

Liber secundus de Contractibus
de emancipationibus Cap. i.
Item stat. et ordinauerunt quod
nulla emancipatio ualeat
nisi facta fuerit in presentia
d. Pretoris uel Consulis, et cum
autoritate interposita in Carta
emancipationis, et priusquam
emancipatio fiat exclamet.
per octo dies per seruitorem d. Comitis
ad lapidem in terra Pallantie
siue in Iutro ad plateam quod
notum sit omnibus quod talis
uult emancipare talem filium
suum, et nullus minor uigintiqua=
=tuor annis possit emancipari
nisi pater siue Auus emancipans
esset prodigus qui possit eman=
=cipare minorem in Arbitrio
Patris, et si contra fiat d. eman=
=cipatio non ualeat, nec patiatur
Pretor aliquem coram eo emancipa=
=ri nisi sibi certa portio assi=
=gnetur per emancipantem pre=
=dictum

STATUTI DI PALLANZA INTRA
VALLE INTRASCA - SORISO 73

de obligatione minorum Cap. 2.
Item stat. et ord. quod aliqua persona
minor etatis uiginti quinque
annorum non possit se obligare
uersus aliquam singularem personam
sine uoluntate Patris, seu aui
et etiam Iutoris, siue Curatoris
et presentia, et authoritate
Pretoris, et si aliquis Contractus
factus fuerit per minorem in eius
preiudicium non ualeat, nec
teneat, nec etiam in preiudicium
fideiussorum licet d. minores
iurauerint de non Contra=
=ueniendo, et licet iurauerint
se esse maiores si pro=
=bauerint tempore Contrac=
=tus fuisse minores. quod sta=
=tutum non habeat locum in mi=
=noribus se obligantibus uersus
Communitatem, saluo quod fines
que fierent per mulieres nu=
=bentes patri uel matri, fratribus
sororibus uel eorum Agnatis ua=
=leant, et sint firme licet
sint minores, et licet sint

in potestate dumodo sint maiores
annis duodecim et licet non iura=
=uerint. et presens statutum non ha=
=beat locum quando minores dotant
mulieres quas tenentur dotare, nec
habeat etiam locum in minoribus re=
=cipientibus dotes pro uxoribus suis
de contractu et obligatione non facien=
